



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 48. Conservatores, an cogantur locorum ordinariis, aut iis
adversus quos procedunt exhibere Bullas conservatoriales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

QUESTIO XLVII.

Conservatores an citare possint per edictum publicum.

SUMMARIUM.

- 1. Conservatores citare non possunt per edictum publicum nisi conservatis ijs quibus hic exprimentur.
- 2. Limita nisi conservatoriali diplomate aliter permissum sit.

Respondetur non posse nisi prius testes summarie examinaverint super non tuta accessu potentia metu aut aliis impedimentis quae praestantur, Rota dec. 104. incip. sic. quod citatio in antiquis & dec. 163. incip. nota quod aliquoties Fel. cap. quoniam frequenter nu. 14. & seqq. ut lite non contest. DD. Clem. dudum de iudicis. adeo quidem ut ad ejusmodi non tuta accessus probationem juramentum partis non sufficiat, Rota dec. 253. & 254. sic quod citatio processus aliter factus vitia nullitatis corrueret. Decius cons. 260. viso. puncto nu. 16. lib. 4. Ioannes Baptista Confettius de privilegijs ordin. part. 2. tit. 4. de conservatoribus cap. 8. vers. advertendum DD. Clem. causam de elect. idque nisi aliter conservatoriali diplomate sancitum sit, cap. porro de privilegijs.

QUESTIO QUADRAGESIMA OCTAVA.

Conservatores an cogantur locorum ordinariis aut iis adversus quos procedunt exhibere Ballas conservatoriales.

SUMMARIUM.

- 1. Delegati procedere non possunt nisi exhibitis litteris suae delegationis citatique comparere non tenentur.
- 2. Conservatores non tenentur edere diploma conservatoriale.
- 3. Tutius tamen est exhibere.
- 4. Faciendum est quod aij prodesse nobis obesse non potest.
- 5. Malitij non est indulgendum.

Sicuti Apostolicae sedis delegati procedere non possunt nisi editis litteris suae delegationis citatique nisi ijs visis comparere non tenentur, cap. cum in iure ubi

Aa 7

ubi DD. de offic. del. ita etiam in conservatoribus videtur mihi respondendum quorum omnis iurisdiclio & potestas à sancta sede uti & in delegatos derivatur, cap. 1. cap. fin. de offic. del. in 6. Veruntamen Ioannes Baptista Consetius, tract. de privileg. ordinum par. 2. Tit. 4. cap. 7. de offic. conservat. vers. praterea conservator, fol. 352. & cum eo VVamestus conf. 181. nu. 14. tom. 1. tit. de appellat. Censuit duplici ratione eos ad exhibitionem non teneri, tum quia ad universitatem causarum deputati ordinarijs equiparantur. Navar. conf. 3. de offic. deleg. late Fel. cap. quatiter & quando de accusat. Tum quia ex præcepto Concilij Tridentini suas facultates semel ordinarario exhibuerunt sed ego arbitror tutius esse si dubitationis tollendæ gratia de hoc interpellati exhibeant, in eamque sententiam pederacito inclinant, Idem Ioannes Baptista Consetius, laudans extravagatam frequentes de iudicijs. Rationem ego adfero quia eiusmodi editio conservatori obesse non potest sed prodesse ei qui dudum semper esse id quo nobis nõ obesse at vero alijs prodesse potest. Idq; nisi malitiam aut subterfugij causa eiusmodi editio postularetur malus enim non est indulgendum Barib. l. in fundo ff. de Re. vindic. & in l. 1. ff. de aqua pluvia arcead. Menoch. de arbit. iur. lib. 2. cent. 2. casu 168.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA NONA.

Quid si conservator causam coram se cceptam à se abdicet remittatve potestive eandem reassumere.

SUMMARIUM.

1. Delegatus deferendo appellationi causam à se abdicat. sententiam diffinitivam possit in integrum restituere.
2. Apostoli simbelisant cum remissione causa ad collegam. 8 Officialis Leodiensis adversus diffinitivas à se latus solet restitutionem concedere, & nu. 14. & 17.
3. Conservatores equiparantur ordinarijs. 7. 9. Quid si causa ad superiorem remittatur.
4. Ordinarius iurisdictionem à se non potest abdicare, & nu. 14.
5. Conservatores possunt adiri per modum quarels.
6. Delegatus principis an adversus sententiam diffinitivam possit in integrum restituere. 10 Quid si ad collegam.
11. Delegatus nuntij Apostolici an possit adversus sententiam sublationis clausula inhibitoria in integrum restituere. 12. Sen-